Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et effectus cum iam aut ostensum nullam
sententiam, nihilq quod iudicatum dici pos-
-set, processisse, aut in rerum natura esse. Con-
-sequens ergo e occupationem et detentionem
bonorum executionem seu arrestum execu-
-tiuum non esse, alioquin filia sine matre
nata et effectus nulla precedenti ca, ex ni-
-hilo miraculosi repente extitisset. Gail. lib.
1. obs: 113. num: 2. 1.

Deinde in puncto Executionis pretensae, à Duce
factae nulla processit Citatio vt alias in exe-
-cutione sententiarum fieri solet, ideo nul-
-la. Gail. dicta obs: num: 4.

Ad haec dato, non tamen concesso, Sententiam
illam de iure subsistere, Executio tamen pror-
-sus immodica, et plane excessiua esset. nulla
.n. esset proportio intentatae petitionis (si mo-
-do quidam processit, de quo merito dubitatur) cum
executione, quia Huberi Atzung taxata
hic est vt. 14. f. 14. Creutzer, Holtzhaimer
Comiti persoluit mulctam quatuor flore-
-norum, mulcta Duci, nulla adiudicata
sed reseruata tantum. Adiudicari .n. non
potuit quod petita non fuerat, et sic sum-
-ma iudicata facit octodecim florenos. Atqui
excessus immodicus Executionis, ex con-
-fessione Ducis liquet, qui in Exceptionibus
bona prouincialia multo maioris ualoris esse
asserit quam totum Comitatum Ortenburg.
Praeterea ex titulis Iuris, ex quibus causis
in possessionem eatur et tit: de re iudicata